

cratus erat a beato Petro et Iacobo et Iohanne filiis Zebedei, id est in 6. Kal. Ian. in anno passionis Christi.

Qualiter vero resurrectio Christi in evangelio confirmatur, sic secundum Matheum habetur: *Scitis*¹⁾, *quia post biduum Pascha fiet*²⁾, *et filius hominis tradetur, ut crucifigatur*; et infra: *Prima*³⁾ *autem die azimorum*⁴⁾ *accesserunt ad Iesum discipuli eius dicentes: Ubi vis, paremus tibi comedere Pascha. At Iesus dixit: Ite in civitatem ad quendam, et dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Dominus, et paraverunt Pascha. Vespere autem facto discumbebat cum 12 discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. Et post: Omnes*⁵⁾ *vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Et ait Petro*⁶⁾: *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.*

Marcus sic: In illo tempore erat⁷⁾ *Pascha et azima post biduum et reliqua usque dum dicit: Et*⁸⁾ *paraverunt Pascha. Vespere autem facto*⁹⁾ *venit cum 12 et discumbentibus eis et manducantibus ait Iesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum etc. Et*¹⁰⁾ *ait illi Iesus: Amen dico tibi, hodie*¹¹⁾, *quia*¹²⁾ *in nocte hac, priusquam gallus bis vocem dederit*¹³⁾, *ter me es negaturus, et reliqua usque dum dicit: Et*¹⁴⁾ *statim iterum gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixit illi: Priusquam bis*¹⁵⁾ *gallus*¹⁶⁾ *dederit vocem, ter me es negaturus. Et cepit flere. Et*¹⁷⁾ *confestim mane vinctum Iesum tradiderunt Pilato*¹⁸⁾. *Et*¹⁹⁾ *cum iam sero esset factum, quod erat parasceve, quod est ante sabbatum*²⁰⁾, *venit Ioseph*²¹⁾ *et deponens corpus posuit*²²⁾ *eum*²³⁾ *in monumento et reliqua.*

Lucas sic: *Venit*²⁴⁾ *autem dies azimorum*²⁵⁾, *in qua necesse erat occidi Pascha. Et misit*²⁶⁾ *Petrum et Iohannem dicens eis: Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus. Et*²⁷⁾ *paraverunt Pascha. Et cum facta esset hora, discubuit et 12 apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio de-*

a) fiat V. b) azimorum V. c) Et — facto *fehlt* L. d) hodie, quia: quia hodie tu L. e) dedit V. f) Philato V. g) sabatum V.
 h) Iosep V. i) possuit V. j) *fehlt* L. k) azimorum V. l) missit V.
 m) gallus bis L.

1) Mt. 26, 2. 2) Mt. 26, 17—21. 3) Mt. 26, 31. 4) Mt. 26, 34.
 5) Mc. 14, 1. 6) Mc. 14, 16—18. 7) Mc. 14, 30. 8) Mc. 14, 72.
 9) Vgl. Mc. 15, 1. 10) Vgl. Mc. 15, 42—46. 11) Luc. 22, 7—8. 12) Luc. 22, 13—16.